



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc  
Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

**[S.I.], [ca. 1650]**

Capvt I. Occasio huius operis & institutum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

35

TRANSLATIO  
**S. LIBORI**  
CENOMANENSIS QVON-  
DAM EPISCOPI,

Ad  
**PADERBORN**A.  
WESTPHALOS.



CAPUT I.

*Occasio huius operis & institutum.*



Escrip̄tis su-  
periori libello Vi-  
ta & transitu pre-  
ciocissimi Confes-  
foris Christi atque Fuit in Bischof  
Pontificis LIBO- 4. Episcopus  
p̄m Paderb.  
RII, nunc secundūm tuam, Bischof  
pr̄sul egregie iussionem, ad expo-  
nendam seriem Translationis eius  
Capitulum sacrae

## 36 TRANSLATIO

sacratissimi Corporis, & ostensa per  
eius merita virtutum insignia, pro  
concessa diuinitus facultate, stylum  
mentemq; conuertimus: excitan-  
te studium nostrum pensatione so-  
licitâ, qualiter vobis obtemperare,  
quantum deferre debeamus, maxi-  
mè cùm corum officij dignitate  
sublimatos, quibus diuina vo-  
**Lue, 10.16.** ce dicitur: *Qui vos spernit, me spernit:*  
non dubitetur, vos minimè sine  
Dei contemptu posse contemni.  
Proinde ad repetendas cum laude  
debitâ virtutum operationes, per  
quas sancti Spiritus gratia solet ele-  
ctorum merita declarare, eo, quo  
te præcipiente huic operi insistere  
debuimus, nullū opportuniū tem-  
pus occurrit: appropinquante vi-  
delicet sacrâ solemnitate aduentus  
eiusdem Spiritus Paracleti, qui bea-  
ti Liborij & in hac vita manentis  
inhabitator apparuit, & nunc ipsius  
sanctitatis per miracula index &  
glorificator existit. Cuius nos ad-  
susce-

Susceptum opus auxilium haudqua-  
quam inefficacibus votis inuocatu-  
ros speramus, præsertim cùm non  
aliud, quām quod ipse adueniens,  
mentibus, quas repleuit, ad profe-  
rendum inspirauit, Dei scilicet *ma-*  
*gnalia loqui*, & ipsum mirabilem in- *Ador. 2.116*  
*Psal. 67.36*  
sanctis suis monstrare conemur.  
Sed antequam ad rei gestæ or-  
dinem veniamus, causam Trans-  
lationis memoratæ, atque exordi-  
um constructionis Ecclesiæ, quæ  
q[ua]nto cælitùs illustrari meruit the-  
sauro, referre breuiter congruum  
arbitramur.

## CAPVT II.

*Caroli Magni, ad lucrandas Christo animas*  
*& regna, Zelus.*

**I**GTVR vbi primūm glorio-  
sæ memoriæ Carolus Impera-  
tor concertatione longissimâ,  
& varijs præliorum euentibus cum  
gente Saxonum exactis, illos ferro.

C 3 edo.